

Radulfo, vescovo di Melfi

XXXV 100

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Radulfo, vescovo di Melfi

XXXV 100

1177-02

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi, anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo septuagesimo septimo et anno regni domini nostri Guilielmi Dei gratia regis magnifici duodecim mense Februarii indicione decima.

Ego Radulfus domini gratia melfiensis ecclesiae venerabilis episcopus et ego Robertus Sancte Marie de Godino cappellanus et ego Guilielmus de Sancta Agatha miles et ego Ionathas quondam filio Ionathe miles de civitate Melfie in eadem civitate in presencia Rogerii Milonis regalis iudicis et testium sbscriptorum patefacimus quoniam cum Riccardus de Melfi iacent in lecto suo infirmitate detentus et se ad mortis periculum tendere conspicient cum recte loqui poterat nos ad se una cum bonis hominibus aliis testamentum ordinandi gratia vocare fecit. In quo nos Epitropos constituit et licentiam et potestatem nobis dedit vendendi partem rerum stabilium suarum ut quod de ea acceptis essemus pro anime sue et parentum suorum remedium erogaremus et alteram partem sacrosanctis ecclesiis iudicavit videlicet Sancte Trinitatis de Cava venerande ecclesie furnum suum et quoddam casalinum que sunt in parte ecclesie Sancti Nicolai de platea iuxta domum Glecii patitarii et iuxta domum Ligiardi fratris predicti Riccardi. Qua propter nos predicti Epitropi cupientes adimplere voluntate et ordinationem iterum dicti Riccardi defuncti in eiusdem iudicis et testium subscriptorum presencia voluntarie per fustem tradicionis damus et adsignamus tibi domno Iohanni priori Sancti Stephani Iuncarici vice domni abbatis et tocius cenobii predictum furnum et casalinum cum omnibus pertinenciis suis ab opus et utilitatem et dominium predicte ecclesie Sancte Trinitatis

de Cava ut semper ea habeat et possideat quiete sine infestacione alicuis persone publice seu private.

Et hoc brebem scripsit ego Donatus regalis notarius interfuit enim mense et indictione suprascripta. # Ego Rogerius regalis iudex # Signum crucis Petri diaconi Sancti Dionisii proprie manus # Signum crucis proprie manus Attaviani palmenterii # Signum crucis proprie manus Helie minutoris